

Qk  
3746



Karl III, Ratifikation des Friedens v. Rastatt u. Baden. 1713

Qk 3746

8<sup>o</sup> M

Q



## Os Carolus Sextus

Divinâ favente Clementiâ ele-  
ctus Romanorum Imperator,  
semper Augustus, ac Rex Ger-  
maniae, Castellæ, Aragoniæ,  
Legionis, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hun-  
gariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavo-  
niæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ,  
Gallitiæ, Majoricarum, Seviliæ, Sardiniæ,  
Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algar-  
biæ, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Cana-  
riæ & Indiarum, ac Terræ firmæ, Maris Ocea-  
ni, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ,  
Brabantiæ, Mediolani, Styriæ, Carinthiæ, Car-  
niolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ,  
Wirtembergæ, superioris & inferioris Silesiæ,  
Calabriæ, Athenarum, & Neopatriæ, Prin-  
ceps Sueviæ, Cataloniæ, & Asturiæ, Mar-  
chio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Mo-  
raviæ,

raviæ , superioris & inferioris Lusatiæ , Co-  
mes Habspurgi , Flandriæ , Tyrolis , Ferretiſ ,  
Kyburgi , Goritiæ , & Arthesiæ , Marchio O-  
riſthani , Comes Goziani , Namurci , Rossilio-  
niſ , & Ceritaniæ , Dominus Marchiæ Sclavo-  
nicæ , Portū Naonis , Bifcaiæ , Molinæ , Salina-  
rum , Tripolis , & Mechliniæ &c.

Notum facimus omnibus & singulis præſentes lite-  
ras inspecturis , lectruris , vel legi audituris , aut quo-  
modocunque infrascriptorum notitia ad ipsos p̄veni-  
re poterit . Postquam ad reſtinguendum , quod ante  
annos aliquot exarſit grave bellum primū quidem  
pax Nos & Sacrum Romanum Imperium inter & Sere-  
nissimum ac Potentissimum Principem Dominum Lu-  
dovicum , Franciæ Regem Christianissimum , Raſtadii  
inita , deinde vero ſolennior Congressus Badæ Ergo-  
viae institutus fuerit , Divinâ favente Clementiâ fa-  
ctum eſſe , ut poſt multos & laboriosos Tractatus per  
Legatos Extraordinarios & Plenipotentiarios ab utra-  
que parte ad id destinatos generale pacis instrumentum  
confectum ſit formâ , modō & tenore ſequenti ,

*Hic insertum fuit instrumentum pacis unà cum articulo separato & mandatis eidem annexis.*

Cum igitur hæc omnia & singula per Noſtros Le-  
gatos & Plenipotentiarios ſupra memoratos mandato  
Noſtro , prout hic verbotenus inserta & deſcripta legun-  
tur , geſta , peracta & conuentata ſint , Noſ eadem omnia  
&

& singula præhabitâ maturâ & diligentî consideratione ex certa Nostra scientia approbamus, ratificamus & confirmamus, rataque & firma esse & fore virtute præsentium declaramus, simulque verbo Imperiali & Regio promittimus pro Nobis Nostrisque Successoribus & Imperio Romano (cujus status Ratisbonæ per deputatos congregati memoratum pacis instrumentum in omnibus & singulis articulis vigore conclusi die nonâ Mensis hujus facti & ad manus Nostras transmissi approbârunt, & ratificârunt) Nos omnes & singulos supra descriptos articulos, & quidquid totâ hac pacis conventione continetur, firmiter, constanter, ac inviolabiliter servaturos, atque executioni mandaturos, nullaque ratione vel per Nos, vel per alios ullo unquam tempore contraventuros, aut, ut per alios contraveniatur, passuros, quomodocunque id fieri possit, omnido & fraude exclusis. In horum omnium testimoniū & fidem sigillum Nostrum Cæsareum majus huic diplomati manu Nostrâ subscripto appendi fecimus. Datum in Arce Nostra Regia Posonii die decima quinta Octobris Anno millesimo septingentesimo decimo quarto, Regnum Nostrorum Romani quarto, Hispanicorum duodecimo, Hungarici & Bohemici verò pariter quarto.

## Carolus.

Vt. Fridericus Carolus Comes  
à Schönborn.

Ad Mandatum Sacrae Cæsareæ  
Majestatis proprium,

Petrus Josephus Dolberg.

2

一七六

SBB




N12<163352066010





# Os Carolus Sextus

Divinâ favente Clementiâ ele-  
ctus Romanorum Imperator,  
semper Augustus, ac Rex Ger-  
maniae, Castellæ, Aragoniæ,  
Legionis, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hun-  
gariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavo-  
niæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ,  
Gallitiæ, Majoricarum, Seviliæ, Sardiniae,



Staatsbibliothek  
zu Berlin  
Preußischer Kulturbesitz